Caput primum.

In principio creauit Deus coelum
et terram. Terra autem erat ina:
nis et uacua: et tenebrae erat super
faciem abyssi: Et spiritus Dei
ferebatur super aquas. Dixitque Deus
Fiat lux. Et facta est lux. Et ui:
dit Deus lucem quod esset bona: &
diuisit lucem a tenebris: appella:
uitque lucem diem, et tenebras noctem
factumque est uespere et mane dies unus.
Dixit quoque Deus: Fiat firmamen:
tum in medio aquarum: et diuidat
aquas ab aquis: Et fecit Deus firmamen:
tum diuisitque aquas quae erant sub
firmamento ab his quae erant super
firmamentum. Et factum est ita. Vo:
cauitque Deus firmamentum coelum.
Et factum est uespere et mane dies secundus.
Dixit uero Deus: Congregentur aquae
quae sub coelo sunt in locum unum: &

http://digital.slub-dresden.de/ppn346058791/8